



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1725. usque ad annum 1728

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1784

VD18 13322648

§. 2. Quorundam Parisiensium Parochorum epistola ad eundem
Cardinalem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67667](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67667)

correptus, serię occupationi intendere
 haud posset: in hac ergo rerum vicif-
 situdine Fleuryus Cardinalis id uni-
 cum, quod suaderet, habebat, ut
 Noaillius sibi redditus sinceram fidei
 suę declarationem scriptotenus faceret,
 qua reprimi posset calumnia eorum,
 qui de ejus orthodoxia dubitaverint.
 Tertia post die morbi vis adeo remisit,
 ut Noaillius ab amicis suis admonitus,
 petitam declarationem confici juberet,
 eamque suo sigillo & chirographo mu-
 nitam die septima Aprilis post recepta
 morientium Sacramenta Ecclesię Ca-
 thedralis Decano, nonnisi post ejus
 obitum aperiendam consignaret.

Sæc. XVIII.
 A. C. 1727.

§. II.

*Quorundam Parisiensium Parocho-
 rum epistola ad Cardinalem
 Noaillium.*

Postquam sermo per universam Civi-
 tatem Parisinam increbuerat, Noail-
 lium suę appellationi nuntium misisse,
 & publico scripto, quod Galli *manda-
 mentum* vocant, Constitutionem fuisse
 amplexatum, mox viginti circiter Pa-
 rochi, se Noaillii scriptum, quampri-
 mum illud editurus esset, impugnatu-
 ros declarabant, hancque in rem que-
 rulas ad eundem literas dabant, quas

D d 4 die

Sæc. XVIII. die tertia Februarii subscriptas per Pa-
 A. C. 1727. rochos S. Gervasii, S. Stephani ad mon-

tem, S. Hyppoliti, & S. Jodoci Con-
 fluentium transmittabant hujus tenoris:

„Hucusque Eminentia vestra Jesu
 „Christi doctrinas ad nos usque per
 „traditionem transmissas immoto Zelo
 „propugnabat, insuperhabitis, quæ
 „intus & foris erant, pugnis longe
 „acerrimis: Nunquam infringi poterat
 „animi vestri firmitas, qua constanter
 „obstitit decreto, quod ad sacrata Pon-
 „tificum & celebriorum Doctorum ora-
 „cula penitus evertenda collimat,
 „Quanta etiam sustinere debuit Emi-
 „nentia vestra, quia ceu legem accep-
 „tare renuit illam Constitutionem, quæ
 „nulla ex iis potitur prærogativis, per
 „quas aliqua Bulla ad Ecclesiæ legem
 „evehi posset, prout in vestra Instru-
 „ctione Pastoralis ubique laudata, &
 „communi applausu recepta luculenter
 „demonstratum est. His omnibus ma-
 „ture pensatis firmiter persuasi eramus,
 „Nos sacrum depositum nobis sub Emi-
 „nentiæ vestræ auspiciis concreditum
 „inviolatè servaturos, nec ultra gregem
 „nostrum turbandum, affligendum aut
 „cruciandum fore. Nihilominus ter-
 „ror & timor obruit subditos nostros,
 „& audito rumore omnis sexus, om-
 „nisque conditionis homines turmatim
 „ad

Sæc. XVIII.
A. C. 1727.

„ad nos convolant, toti in lacrimas
 „abeunt, & se a nostris Ecclesiis reces-
 „suros declarant, si hæc Constitutio
 „ibidem promulgaretur. Non desunt
 „etiam Viri scientia & dignitate con-
 „spicui, qui Religionem in problema
 „per Bullæ acceptationem verti arbi-
 „trantur. Nobis quoque nil verius,
 „certiusque esse videtur, nisi quod illa
 „nunc minus, quam antea, recipi va-
 „leat, & iudicii nostri æquitatem de-
 „monstrabimus, scripto typis impresso,
 „quod circa captiosos articulos doctrinæ
 „& Ecclesiæ paci palam adversos pau-
 „lo post Eminentiaë vestraë consignaturi
 „sumus. Quoniam vero ad audiendas
 „Parochorum rationes & querelas nulla
 „alia magis Canonica via est, quam
 „Generale tuæ Diæcesis Concilium,
 „in quo tuarum intentionum rectitudo
 „Universo Orbi patefiat, hinc rogamus
 „& obtestamur Eminentiam vestram,
 „ut nos omnes in eiusmodi Synodo
 „congregari, & publicas præmitti ju-
 „beat preces, quæ nunquam magis,
 „quam nunc in tanti momenti negotio
 „necessariæ fuerunt. Interim sumus &c.

§. III.

*Eorundem scriptum contra accepta-
 tionem Bullæ.*

D d 5

Hisco